

tionem, & quando ab eis emissa appellati-
oni denegata delatio vim debeat. ubi
quid sit excessus, quotuplex, quomodo,
quodove proponatur, aut etiam probetur,
aut ab eo quoties appellare liceat.

CAPVT. VII.

Pro exequutoris excessu repositio-
ne, & appellationis cognitione, iudex
quis competens ad eundem. & an ab ordi-
nario Ecclesiastico reponere volente
excessum factum ab exequutore Apo-
stolico, seu alterius iudicis superioris,
appellationi interiecta haud deferens,
vim faciat.

CAPVT. VIII.

Quid inter se differat quoad proce-
dendi modum, exequutor speciei cer-
tae, & exequutor quantitatis, iurisve in-
corporalis, aut exequutor facti, hoc
est, compulsor ad factum praecisum. &
an, & quando ab eis absque citatione
precedentibus, seu excedentibus emis-
sa appellatiōi minime deferentibus,
vis fiat.

CAPVT. IX.

Ab exequutore siue suae personae, aut
commissionis, siue superioris mandan-
tis defectu, iurisdictione, & potestate
carentis, & ad vltiora procedente, ap-
pellationi non deferente; an, & quan-
do vis fiat. & an is de huiusmodi in-
competentia cognoscere queat.

CAPVT. X.

Ab exequutore reiiciente legitimis
exceptiones exequutorialium execu-
tioni oppositas, & admittendas, si
etiam admittende reiiciendas; an
quando appellationi interiecta vim
faciat non deferens, vt qualiter ex-
dat, cognoscatur.

CAPVT. XI.

An, & quibus casibus ab exequo-
re excedente, dum exequitur per se
in exequutorialibus minime nomi-
nata, nec virtualiter comprehensa; ap-
pellationi interposita non defens

vim faciat. & quales ij sint casus, spe-
cificè monstratur.

CAPVT. XII.

Ab exequutore executionem faci-
ente in quantitate, seu rebus minime
in exequutorialibus nominatis, aut ali-
ter comprehensis, an, & quando ap-
pellationi denegans delationem, vim
commisisse dicatur, ubi plurimi casus
adnotatione dignissimi inseruntur.

CAPVT. XIII.

Ab excessiva fructuum, damnorum,
expensarum, interesse, pertinentiarum
ac connexorum liquidatione, & taxa-
tione facta per exequutorem, ap-
pellatiōi emissa non deferendo, an vis
fiat ubi exacte quomodo hoc casu sim-
plex grauamen ab excessu cognosca-
tur.

CAPVT. XIV.

Ab exequutore excedente de tem-
pre ad tempus; an & quibus casibus
(ubi singuli valde viles annexuntur)
appellationi emissa non deferens, vim
faciat.

CAPVT. XV.

Ab exequutore perperam senten-
tiam interpretante, appellationi emis-
sa an non deferens vim faciat, ubi late
& vtiliter, quae inter precandum pra-
e oculis haberi debeant.

CAPVT. XVI.

Ab exequutore sententiae ordinem
praeposterante, & omittente, an ap-
pellationi emissa non deferens violentiam
commisisse dicatur.

CAPVT. XVII.

De effectibus repositi excessus, & an
tertio rei possessori non citato, etiam
clerico officiat, & an fructus non ex-
pressos comprehendat. & an excessus
totam vitiet executionem, vel is so-
lus dumtaxat reponendus, & in super
facta semel executione, si res iterum
deueniat in potestatem condemnati,
an aliae exequutoriales nouae requi-
rantur.

TRACTA



TRACTATUS
DE REGIA PROTECTIONE
vi oppressorum appellantium.

PARS TERTIA:

Qua continentur capita circa violentias, quae ab Ecclesiasticis iudicibus,
non deferentibus appellationibus legitimis, interpositis
principaliter, a sententijs diffinitiuis,
committuntur.

CAPVT. I.

Si virtute alicuius contractus, quo ali-
menta promissa sunt, quibus iudex
ex officio dare iubet (puta Filio à
Patre, Patri à Filio, & similibus) aga-
tur, à sententia super tali contractu
lata appellationi non deferens; an
vim faciat. Et quid generaliter à
qualibet alimentorum sententia,
vel eorum, quae celerem execu-
tionem desiderant.

SVMMARIVM.

A sententia praestante alimenta appellatio in-
terposita non suspendit executionem, quia ven-
ter dilationem non patitur. n. 1.
Alimentorum praestatio celerem executionem
desiderat. ibidem.
Alimenta praestare condemnatus, non auditur
in prosecutione appellationis, nisi prius soluat
alimenta. n. 2.
Ab alimentorum sententia prohibetur appellari
quoad effectum suspensiuum tantum, non
quoad deuolutiuum. n. 3.
Commissio appellationis super sententia alimen-
torum praesentium, aut futurorum datur cum
clausula (sine retardatione praestationis ali-
mentorum) vel (sine praedicio legitime exe-
cutionis). n. 4.
Alimentario satis consulitur sublata dumtaxat
appellatione quoad effectum suspensiuum, quo
Salgado de protect. Reg. Tom. II.

procedant rationes, quibus ab alimentorum
sententia negatur appellatio. n. 5.
In omnibus causis, quae celerem expeditionem de-
siderant: appellatio quoad suspensiuum tolli-
tur. n. 6.
Periculum ubi sit in mora, quando tollitur appel-
latio. ibidem remissiuè.
Ab alimentorum sententia denegatur suspensi-
ua appellatio, non solum quando omnia ali-
menta petuntur: sed & quando eorum pars
tantum petitur, vt vestitus, habitatio, & simi-
lia. n. 7.
Alimentorum à sententia appellatio denegatur,
non solum quando proceditur principaliter,
sed etiam quando incidenter ad illa actum est.
num. 8.
Circa materiam l. si instituta §. de inofficioso ff. de
inofficioso testam. qui sint videndi. ibidem.
Reprobatur opinio Cordubae à Lara contrarium as-
seruerantis, scilicet, ubi agitur principaliter non
negari appellationem. ibidem.
Alimenta petita à paupere habent privilegium,
vt per appellationem non suspendantur, quan-
do petuntur à paupere, secus si à diuite in qua
cessat ratio prohibitionis & privilegij. n. 9.
Alimenta futuri temporis petita hoc habent pri-
uilegium; vt praestatio non suspendatur per
appellationem, secus alimenta praeteriti tempo-
ris, quia iam semel euasit periculum. n. 10.
Alimenta futura dicuntur etiam ea quae debentur
à die mota litis. n. 11.
Inter alimenta praeterita & futura dispar. est ra-
tio, & sic in istis summarie proceditur, in illis
verò non. n. 12.
Alimenta quando petuntur officio iudicis, non ad-
mittitur

mittitur appellatio suspensiva, secus quando iure actionis, quia tunc admittitur. n. 13.
 Reprobatur Sigismundus Scacia hanc communem distinctionem non admittens. ibidem.
 Quae distinctio procedit in inope petente alimentaria. ibidem.
 Reprobatur opinio Petri Sardi. n. 14.
 Alimenta quae officio iudicis petuntur iure naturali debentur, in petitis iure actionis solum ius civile operatur. ibidem.
 Alimenta ut lite pendente praestentur pauperi habenti pro se sententiam, tria requiruntur copulatiue. n. 15.
 Alimenta quando petuntur iure actionis, iudicium non est summarium, sed ordinarium quod datur appellatio. n. 16.
 In legato pro alimentis agitur iure actionis. n. 17.
 Alimenta petens, si reportet contra se sententiam negatiuam, potest licite appellare quoad utrumque effectum. n. 18.
 A sententia negatiua lata contra agentem aliqua via priuilegiata generaliter admittitur appellatio. n. 19.
 Alimenta petita vigore contractus, quo fuerit promissa ei, cui iure naturali, & officio iudicis debebantur, puta filio patri & similibus, an a sententia lata pro illis praestandis admittant appellationem suspensiuam. n. 20.
 Actio iudicis licet habeat executionem paratam, stipulatio tamen per quam ipsa nouatur eius priuilegio non gaudet. n. 21.
 Contractus celebratus in ultima voluntate propriam amittit naturam, & eam assumit ab ultima voluntate. n. 22.
 A mero possessore licet non appelletur, appellatur a possessore intertato virtute contractus. ibidem.
 Priuilegio hominis facit cessare priuilegium sibi a iure concessum. n. 23.
 Appellationis prohibitio, & illius permissio ubi in uno subiecto concurrunt, haec an praeualeat. num. 24.
 Ad alimenta ubi agitur virtute contractus per illum, cui iure naturali debentur, pariter appellationem carere suspensiuo, defenditur. num. 25.
 Duae regulae ubi reperiuntur, una firmissima, alia prohibitiua, haec praeponderat. ibidem.
 Priuilegia duo ubi concurrunt, aliud prohibitiuum, aliud permissiuum, illud potius praeualeat. num. 26.
 L. qui id quod ff. de donatio. in proposito pulchre ponderatur. n. 27.
 Donatione in stipulationem deducta & virtute stipulationis condemnatus donator, non amittit priuilegium illi competens, ne conueniatur ultra quam facere potest. ibidem.
 Actio aliqua quando deuoluitur in aliam, intelligitur deuoluta secundum suam naturam primariam. n. 28.

Qualitas naturalis, & accidentalis quando in aliquo concurrunt, & simul stare non possunt, praeualeat naturalis. n. 29.
 Causa primordialis & originalis potius attenditur. ibidem.
 Principium est sine potentius, causaque incipiens potentior est perferente. n. 30.
 Finis regulatur a suo principio & ad illud trahitur. n. 31.
 In filio contrahente alimenta concurrunt officium iudicis inductum ab ipsa natura, & contractus quod est quid accidens, scilicet, illud naturale debet attendi. ibidem.
 Stipulatio, quae est stricti iuris, si interponatur super contractu bonae fidei, huius natura & effectus retinetur, quia qualitas primae obligationis censetur adiecta in stipulationem. n. 32.
 Remedium l. 2. C. de rescindendo. vend. licet non detur in contractibus stricti iuris, locum tamen habet in stipulationibus adiectis super contractibus bonae fidei. n. 33.
 Deposito subrogato loco alterius contractus possunt opponi omnes exceptiones, quae poterant opponi priori contractui. n. 34.
 Resolutio quaestiois proposita cum sedere distinctionis. n. 35.
 Alimenta quae iudicis officio debebantur, si in obligationem deducantur, animo nouandi officium iudicis competens pro illis (quae nouatio expresse bodie requiritur) euanescent officium iudicis, & remanet sublatum, & sic ex contractu agendum est, & iure actionis. ibidem.
 Extincta prima actio per nouationem, extinguuntur omnia eius priuilegia. n. 36.
 Verba l. si non obtulit §. si ex conuentione ff. de re iud. expenduntur. n. 37.
 Alimenta deducta in contractum ab eo, cui iure naturali debebantur, non nouandi animo, sed potius ad illius corroboracionem, additamentum, & maiorem securitatem, & cautionem, non amittunt suum priuilegium competens ex officio iudicis. n. 38.
 Verba l. si non obtulit §. ex conuentione ff. de re iud. ulterius ponderantur. n. 39.
 Verba l. 2. vers. quare ff. de priuil. credi. expenduntur in proposito, cui mirabiliter conducunt. ibid.
 Semper attenditur, quod principaliter agitur & res denominatur a potentiori. n. 40.
 Qualitas proueniens ex officio iudicis ad alimenta & eius priuilegium ut praeponderet, debet actor in iudicium deducere, & probare qualitates huic officio iudicis necessarias. n. 41.
 Officium iudicis cum concurrat cum actione, quando per illud uberius consulitur agenti atque aliquid addatur actioni. n. 42.
 Ad alimenta quando agitur ex utraque obligatione, una admittens appellationem, alia excludens illam (prout est officium iudicis) haec illi detrahit. n. 43.

Qualitas

Qualitas prohibitiua & permissiua quando concurrunt circa unum & idem indiuiduum, qualitas negatiua vincit. n. 44.
 Alimentorum promissio (cessante nouatione) obligationi a lege inducta accedit accessorie, & ita eius natura vestitur quoad appellationis prohibitionem. n. 45.
 Alimentorum a sententia diffinitiuam prohibita appellatio quoad suspensiuum, multo fortius prohibita intelligitur ab interlocutoria. n. 46.
 Ab alimentis ad dotem valere argumentum, plures affirmant. n. 47.
 Ab alimentorum sententia sicut non licet appellare, ita in causa dotis non licet plures affirmant, quod auctor nunquam vidit practitari. n. 48.
 Alimenta in causa dotis an sint pendente appellatione ministanda, vide ibidem.
 Alimentorum a sententia reformatoria appellationi emissa an sit deferendum. num. 49. remissiuum.
 Alimenta nimis taxata in eadem sententia, quae quis ad eorum praestationem condemnatur, an admittant appellationem quoad utrumque effectum. num. 50. ubi opinio Auendani reprobatur.
 A taxatione seu fructuum liquidatione facta in executione rei iudicata, non datur appellatio suspensiuum. n. 51.
 Taxatio seu liquidatio quando fit in eadem sententia de cuius executione tractatur, non admittit appellationem omnes fatentur. n. 52.
 Alimentorum taxatio facta in sententia stat accessorie ad illorum condemnationem, & sic regulatur ab eius natura quoad appellationis prohibitionem ibidem.
 Alimentorum taxatio facta in eadem sententia, si admitteret appellationem, nunquam possit effugari periculum, quod ex dilacione a iure consideratur. n. 53.
 A taxatione ciborum vendendorum in populis, & ciuitatibus facta per iudicem non admittitur appellatio suspensiuum, iuxta l. regiam. n. 54.
 A condemnatione facta a vigore statui aut ordinis ciuitatis super vestibus, & cibis disponentis a mille marapetinis infra non admittitur appellatio suspensiuum, ex l. regia. n. 55.
 Taxatio mercedis seu alimentorum facta in sententia eadem non recipit appellationem suspensiuam, prout determinauit Rota Romana contra Auendanum. n. 56.
 Ad exhibendam rem condemnatus, quando habet facultatem rei restituenda non appellat, quia tale iudicium non patitur dilacionem. num. 57.
 Ad exhibendum condemnatus si ulterius ultra rei exhibitionem ad aliquid aliud, puta, interesse seu poenam condemnatur, an possit appellare. n. 58.

Salgado de protect. Reg. Tom. II.

Ad exhibendum condemnatus, & in eadem sententia conditionaliter ad interesse condemnatur, nisi soluat, &c. an possit appellare. n. 59. remissiuum.
 Legatum relictum pro sepultura dilacionem non recipit, & propterea nec appellationem suspensiuam. n. 60.
 Legatum a quo dilacionem non recipit, debetur antequam hereditas adeatur. n. 61.
 Periculum ubi imminet ex mora, potest legatarius impune propria autoritate legatum capere. n. 62.
 Cadaver debitoris detineri non potest per creditorem, nec eius appellatio quominus sepeliatur, donec soluatur debitum, admittenda erit. num. 63.
 Studiorum causa dilacionem non patitur. n. 64. quare a sententia lata contra turbantem scholarem in habitatione appellatio non admittitur. num. 65.
 Sententia lata contra fabrum malleantem circa domum scholaris seu Doctoris appellatio non admittitur. n. 66.
 Testes, senes, & valetudinarios, potest index a quo licite recipere appellationem pendente, ob mora periculum, ne pereat probatio. n. 67.
 Iuramentum sub cuius forma & praestatione lata fuit sententia, potest recipi appellatione pendente, ne scilicet probatio pereat. ibidem.
 Excommunicatum in articulo mortis constitutum potest index a quo appellatione pendente absolueri, quia periculum est in mora. num. 68.
 Vendemia & messes non recipiunt dilacionem, & ideo appellatio ipsius negotijs suspensiuo effectui caret. n. 69.
 Dilacionem non recipiunt cause aliqua, quae generaliter non admittunt appellationem. numero 70.
 Alimentati, seu alimentantis crescente, vel decrescente patrimonio, etiam post factam condemnationem & taxationem a iudice, an crescant vel decrescant alimenta. n. 71. remissiuum.
 Periculum in mora caret lege, legem non admittit, atque legem tribuit num. 72. licitum facit, quod alias licitum non est. ibidem.
 Iudicem incompetentem legitimum facit. ibidem. multoties alicui non solum precepta humana, sed etiam diuina. ibidem.
 Periculum imminens, & instans necessitas attribuit iurisdictionem etiam non habenti. n. 73. & a iuris regulis tunc receditur. ibidem.



Ius dubij facilis ut pateat exitus, a posteriori Capituli parte, initium est sumendum, an scilicet, & quando violentia adeste dicitur haud appellationi deferens interposita a sententia,

a 2 qua

qua prestari mandatur alicui alimenta. quod ut prolixitas euitetur verbosa, quæ doctos affolet stomachari, & iuniores confundere, illa generalis est regula constituenda, ut appellationi emissæ à sententia præstante alimenta alicui, vim non fieri à iudice non deferente, quoniam venter dilationem non patitur, atque alimentorum præstatio celerem executionem desiderat. text. est in l. fin. ibi, ne frumentum in usum militum in annonæ subsidia contrahatur, &c.) ff. de appellat. recipiend. text. est etiam in l. 2. ibi, sed perraro intra statutum tempus sententiæ exequantur. veluti si alimenta aliquibus constituantur, vel minori 25. annis subueniatur, &c.) ff. de re iudic. l. si instituta §. de inofficioso. ibi, sed quia scriptus hæres appellauerat, placuit interim propter inopiam pupilli alimenta pro modo facultatum, quæ inofficiosi testamenti accusationem pro parte eius vindicabuntur, decerni, &c.) ff. de inofficioso testam. quæ iura ad hoc ponderant, & allegant Bart. in d. l. fin. n. 1. gl. verbo, decedat, in c. qua fronte de appella. Specula. in tit. de appellat. §. in quibus. B. in l. Mela. in fi. ff. de alim. & cibariis legat. idem Bart. in l. solent, col. fin. eodem tit. Alberic. in d. l. fin. Aretin. consil. 97. n. 3. Doctores in l. de alimentis C. de transact. Bernard. scholio, decedat, in cap. qua fronte de appellat. Bart. in tract. de aliment. Cumanus in d. l. fin. n. 4. Forcatol. in libello, qui scribitur penus iuris civil. cap. fin. Bald. in l. 2. C. quando prouo. non est necess. Roma, singular. 286. incipit à sententia. Ill. in l. de alim. num. 5. C. de transact. & ibi Alciatus pag. 4. Aretin. in l. stipulatus n. 9. ff. de verborum. Angel. in l. penult. in fi. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. Nicel. in tract. de concordia glossa. c. 6. fallen. 7. num. 35. fol. 192. tomo 18. tractatum nouor. Natta consil. 108. n. 1. lib. 1. idem Natta consil. 409. n. 5. lib. 2. Tiraq. in tract. de privilegijs pie cause, privileg. 147. Anton. Cordu. de Lara in tract. de alim. §. si vel parens. n. 26. & seqq. Petrus Surd. in tract. de aliment. tit. 8. privileg. 60. n. 5. Euerard. loco 2. 4. in fi. Crotus consil. 178. in fi. Gramat. in consil. i. 146. num. 14. Guigas in tract. de pen. 9. 9. 5. n. 3. Practic. Papiens. in forma libel. quo agitur pro re singul. n. 85. Afflict. in decis. 152. n. 3. Bal. Nouel. in tract. de dote p. 9. privileg. 7. n. 2. Rebuff. 1. tomo ad li. Gallie. tit. de censent. prouiso. art. 1. gl. 2. Faquines lib. 1. controuer. iur. c. 77. Ioannes Botta consil. 24. n. 29. volu. 1. Lancelo. Gallus in tract. de statu. vers. solidos. q. 6. n. 27. fol. 333. tomo 2. Ludouic. Pontanus in tract. de aliment. c. 19. per totum tomo 8. p. 1. Vitalli. in tract. clausi. tit. an poss. iuri alim. renus. col. 12. circa fin. Cephal. consil. 48. num. 86. Mar. Mant. singul. 22. num. 4. Manfred. lib. 2. pract. conclus. super atten. concl. 57. & concl. 157. Fabius Monte. in sua praxi arbitrar. in 1. p. 6. q. prin.

dubio 13. n. 13. Afinius in praxi §. 31. c. 2. in 2. limi. princ. eleganter Auen. in rep. legum Regn. verbo, gouerno, per totum. Lancelot. de attent. 2. p. c. 12. limit. 24. Flores de Mena in pract. q. lib. 1. q. 14. n. 4. & etiam per Couart. & Ludouic. Molin. prosequitur Aluarus Vasquez rerum iudic. consultatio. i. per totum. qui quidem respondet aliquibus medijs, quæ in contrarium (facilibus tamen) offeruntur.

Quod & in tantum procedit, vt magis sit speciale, quod condemnatus alimenta præstare, non auditur in prosecutione appellationis, nisi prius soluat alimenta. ita fuisse decisum per Rotam testatur Caputaquen. in decis. 118. lib. 1. Contar. in l. vnica in 3. limit. n. 57. C. si de momen. poss. quia cum subtrahat parti defensionem, & nõ præstantur alimenta, impediatur causa prosecutionem, merito non auditur, quod esse notabile priuilegium, dicit Surd. de aliment. tit. 8. q. 96.

Quam regulam declares vclim. Primò, vt sit ab hac alimentorum sententia prohibita appellatio quoad vnum effectum tantum suspensionium, quoniam ipsa non obstante executioni traditur: vt secus sit quoad de uoluntarium, quia quoad eum admittitur appellatio, vt decidit Rota in vna Romana status & alimentorum coram Capizucho, 17. Octobris 1552. & iterum 5. Maii 1553. vt est decisio in recolletis Caputaq. 1. p. 115. incipit cum causa. Lancelot. proximo loco citatus n. 6. & super. Flores de Mena. Surdus, & imò ex multis Doctoribus Barbof. in l. 1. ff. solut. matris. 1. p. ex n. 56. & 57. fol. mihi, 217. Casar Bartius decis. Bononiens. 69. n. 10. per totum, & n. 18. & 32. Alexand. Trentacinquius variar. resolut. lib. 1. tit. de alimentis. resolutione 1. n. 17. & 18. vbi explicat fol. 116. Domin. Ioan. de Castillo quotidian. controuer. lib. 3. c. 27. n. fin. & quando sumus in alimentis præsentibus, 4. vel futuris, commissio super appellatione datur cum clausula (sine retardatione præstationis alimentorum) vel (sine præiudicio legitime executionis) Veralli. decis. 39. & decis. 48. cum adductis 1. p. sequitur Marqueffa. de commissio. 1. p. c. 18. à n. 14. fol. 210. vbi n. 17. & seqq. quod quando contra alimentarium datur sententia, non rescinditur, ita & omnes ferè citati iam hanc probant vniformiter declarationem.

Satis enim consulitur alimentario ablata suspensione, & impedimento, ita vt statim incipiat alimentis frui, nõ spectato sine litis, quo quidem pariter fatissit rationi legum & Doctorum in re hac assignatæ, vt scilicet, venter dilationem non patitur, & dum causa appellationis cognoscitur, potest creditor fame perire. & ideo appellationis pars illa, & effectus deletur tantum, qui huic rationi contrarius

6 contrarius esset, & dilationi causam præbere potuisset, prout accidit in cæteris causis, quæ dilationem non patiuntur, sed celerem expeditionem desiderant, vt probant text. in l. fin. ff. de appellat. recip. c. fi. 2. q. 6. Specula. in tit. de appellat. §. in quibus vers. 8. Ill. in l. 1. col. 1. ff. de ferijs Maranta de ordine iudic. 6. p. vers. & quandoque appellatur. n. 229. Contard. in repetitione l. vnica. ult. ratione deciden. n. 17. C. si de momen. poss. & probant omnes citati Doctores, cum in his periculum sit in mora, latè Lancelot. de attentat. 2. p. c. 12. limit. 46. Alciat. de iudicij tit. de appellat. §. in questionibus & casibus. & de quibus causis appellari poss. n. 8. Menoch. de reti. poss. rem. 3. n. 843. ieiunus venter non audit appellatorem libenter, Marqueffan. de commi. 1. p. c. 18. num. 16.

7 Secundò & ex eadem ratione regulam declarat, vt procedat non solum quando alimenta ipsa contur, sed etiam quando petitur aliqua eorum pars dumtaxat, vt vestitus, habitatio, &c. cum idem sit argumentum de parte quoad partem, quod de toto quoad totum. l. que de tota ff. de rei vin. l. an pars ff. pro derelicto, docet Vlpianus in l. cum ij in princ. ff. de transact. ibi, eiusdem prætoris notio ob transactionem erit, siue habitatio, siue vestiarius, siue de prædijs alimentum legabitur.) notat Phillip. Castren. in l. cum hõ in princ. n. 5. Corduba à Lara in d. tract. de alimentis. §. si vel parens n. 30. Vide latius infra c. 2. à n. 25. cum sequentibus.

8 Tertio declarat præfatam regulam, vt procedat generaliter, quado proceditur in causa alimentorum principaliter vel incidenter, vt quomodocunque sententia lata sit pro alimentis præstatis, appellationis esse minimè deferendum, vt probant l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inofficioso testam. iuncta l. si ff. de appell. recip. & l. 2. ff. de re iudic. & Doctores hucusque citati, qui ita omnes indistinctè & genericè loquuntur, & circa materiam d. l. si instituta §. de inofficioso, quæ de alimentis incidenter petitis loquitur, videndus Couart. in pract. c. 6. n. 6. & 8. & per totum. Molin. de primogenit. lib. 2. c. 16. & multa per Surdum de aliment. tit. 1. à quest. 110. cum pluribus sequentibus. in quo nimis perperam loquutus est Lara in d. §. si vel parens. n. 33. dicens, quod appellatur à sententia alimentorum, quando principaliter agitur de eis, secus si incidenter. tum quia l. 7. tit. 19. p. 4. Alberi. Pala. Rubens, & alij, quos ipse allegat, nihil probant, nec incidens debet esse fauorabilius ipso principali, & ideo illum meritò reprehendit Surd. vbi supra tit. 8. q. 60. n. 24. dicens eius sententiam, & opinionem erroneam, prout etiam stylus communis probat, scilicet, in vtraque sententia alimentorum,

Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

siue principaliter, siue incidenter lata, appellatio non suspendat.

Quartò declarat præfatam regulam, vt procedat, quando alimenta petuntur à paupere, secus autem si à diuite. quia tunc cum cesset ratio fundamentalis, & immediata, propter quam alimentorum causa celerem expeditionem desiderat, & executionem, ne patiat dilatationem, quia in diuite, & eo, qui aliunde potest se educare, seu alere, nullum consideratur moræ, & dilationis periculum, vt fame pereat, vt est receptissima sententia Speculatoris in tit. de appellat. §. in quibus n. 12. Bart. in l. fin. ff. de appellat. recip. n. 1. & ibi Cuman. à num. 4. Aretin. consil. 96. Lara à Corduba in d. §. si vel parens n. 31. Ceuallos in contra comm. opin. tomo 4. q. 897. n. 917. Marqueffa. de commissio. 1. p. c. 18. n. 5. & n. 11. vbi adducit Rotæ decisiones, & ex his, quos in vnum cumulauit Surd. d. q. 60. n. 21. & seqq. licet quatenus id extendat ad pauperem agentem iure actionis, non bene fuisse loquutum, mox videbimus, pro quo est text. in d. l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inofficioso testam. ibi, placuit propter inopiam pupilli alimenta, &c.)

Quintò declarat dictam regulam locum 10 habere, quando petuntur alimenta futuri temporis, non verò præterita alimenta, quoniam in istis appellationi emissæ nisi deferat iudex, vim faciet, cum sit licita, siquidem causa hæc nec celeritatem desiderat, nec periculum consideratur, cum in alimentis præteriti temporis cesset ratio, & timor, ne quis fame pereat, iam enim euasit periculum, & reperitur in statu vitæ, ac ideo non est necessaria celeritas, vt declarat Ioan. Andr. in additio. ad specul. d. §. in quibus, in vers. sed nunquid super vers. aliorum. & hanc sententiam communem esse, dicit Alberi. in l. penult. in fi. ff. de hõ, qui sunt sui vel alie. Cuman. in l. fin. n. 4. ff. de appell. recipien. Aretin. in consil. 97. in causa, & puncto n. 3. vers. pro hoc dicto. Decius in l. de aliment. n. 10. C. de transactio. Ill. ibi. Curtius iunior n. 13. Alciatus pag. 4. Feli. in c. cum dilecti. num. 16. de rescriptis. Marth. de Afflict. decis. 152. num. 3. Didacus Perez. in rubr. tit. 1. lib. 3. ordina. col. antepenult. & Dueñas in regul. 365. limit. 7. Guigas de pens. q. 5. 1. in fi. Poller. in praxi censual. vers. huismodi census super rebus, num. 86. Pedem. decis. 86. in fi. Surdus vbi supra n. 15. & ibi Lara in d. §. si vel parens. n. 32. Lancelo. Robert. de attentat. 2. p. c. 12. limit. 24. Contard. in repetitione l. vni. C. si de momen. poss. limit. 3. n. 54. Caputaq. decis. 115. incipit, cum causa. p. 1. Sarmi. de reddit. eccl. 3. p. c. 5. n. 5. plures etiam ad id allegat Marqueffa. de commissio. 1. p. c. 18. à n. 8. & à n. 16. cum seqq.

Et tunc alimenta futura dicuntur hoc casu, etiam ea, quæ debentur à die motæ litis, volunt

volunt Caputaq. decif. 118. vol. 1. Contard in d. limi. 3. n. 56. & feqq. Natta conf. 108. quoniam post prin. lib. 1. Lancelo. vbi proxime d. limi. 2. 4. n. 8. quem fequitur Surd. d. queft. 60. num. 16. Rota diuerforum, decif. 76. 4. Dominicum praefuppofito, num. 5. p. 1. diuerfo. Caputaq. decif. 2. 4. alimenta p. 1. Ruginel. tract. de appella. §. 2. c. 3.

12 Et cum difpar fit ratio in praeteritis, ac futuris, in illis enim iudicium nec est fummarium, Maran. de ord. iudicij. 4. p. d. 9. num. 52. Hiero. Gratus conf. 68. num. 52. & alios quos citat Lara. d. §. si vel parens. n. 23. Marquessa. de commissio. 1. p. cap. 18. à num. 16. cum feqq. fol. 202.

13 Vltimò declara hanc regulam propofitam, vt locum habeat, & procedat, quando officio iudicis alimenta petantur, non autem quando iure actionis. quoniam hoc vltimo cafu appellationi non deferens à fententia emiffae, violentiam facere dicitur. quoniam licita reputatur, quae fententia receptiffima est, vt probant Specula. in tit. de appella. §. in quibus vers. tu dic quod si petantur officio iudicis. quam etiam post Alberi. fequitur Ioannes Andreas ibi in additione, in verbo, aliorum, Bart. in l. ff. de appella. recipi. num. 1. & feqq. Pedemont. decif. 2. 5. n. 20. Lancelot. Robert. in tract. de aftenia 3. p. c. 28. à num. 65. & feqq. & post Bart. & Areti tenet Vitalli. tract. clausularum in verbo, an iuri alimentorum, sub n. 10. tomo 18. fol. 487. colu. 3. Caesar Contar. in l. unica, in ampliatio num. 141. C. si de momen. poss. Ozafcus decif. 2. 5. n. 20. licet voluerit cauillare hanc distinctionem Escacia de appella. q. 17. limit. 7. n. 17. dicens, quòd reiecta communi distinctione appellari non poterit ab alimentis petitis ab inope, siue iure actionis, siue officio iudicis illa petat, quia cum contra communem loquatur, audiendus non est, tenet etiam Auenda. in dictionario legum Regni, post responsa, verbo, gouerno, vers. ista tamen regula. fol. 189. & ex aliis tenet Flores de Mena pract. queft. queft. 14. num. 11. & supra, & ex Fachineo controverfiarum iur. lib. 1. cap. 77. Bart. & alius affirmat Ceual. in contra commu. 4. p. queft. 8. 7. num. 920. Guillelmus de Cunis in b. 2. ff. de his qui sunt sui vel alie. in. arg. l. 2. ff. de re iudi. Cuman. in l. si num. 4. ff. de appella. recipi. Vitalli. in tract. de claus. tit. an iuri alimen. possit renun. cum iura num. 106. fol. mibi 633. Arcet. conf. 97. num. 3. in fi. fequitur Rota decif. 76. 4. lib. 1. diuerso. per totam, vbi dicitur, quòd à fententia lata in causa alimentorum, quae nõ iure actionis sed officio iudicis propter inopiam petita essent, non potest appellari. Plures alios (aliquibus ex his citatis), in hanc fententiam allegat Surdus d. q. 60. num. 2. 1. & feqq. quae veriffima est, licet minus recte, minusque perite, minus digeste, &

sub verborum confusione contrarium tentare voluiffet, intricatè allegando Doctores, qui suamet reprobant intentionem dicentes, quòd etiam quando agitur pro alimentis iure actionis, non admittitur appellatio si actor inops fit, vt tunc par fit ratio, ac in agente officio iudicis, de quo statim dicendum.

Hanc nostram cõclusionem (licet à principio æquiuocè) tenet Marquessa. de commissio. 1. p. cap. 18. num. 8. fol. 202. dum ad id allegat Pedemont. Guidobon. & Lancelo. dicit in comprobationem, quòd ad hoc vt à praestatione alimentorum procedat appellatio suspensiuæ, tria requiruntur, primum, quòd iudicis officio, non iure actionis petantur. Secundum propter inopiam, qua cessante, appellationi locus erit. Tertium, quòd futura, non praeterita petantur, & ita censuisse Rotam coram Domino Orano in vna Anconitana alimentorum 4 Decemb. 1585. post Bart. in tract. de aliment. num. 47. Alberi. in l. si index in fine ff. de ijs qui sunt sui vel alie. iur. Roma. in l. 1. num. 15. ff. sol. mat. in aut. similiter num. 43. C. ad leg. Falc. Arcet. conf. 97. num. 3. in fi. Bald. nouell. in tract. de dote p. 9. priuil. 7. & caue à Marquessano, seu auctentè lege, quia intricatè loquitur cum terminorum confusione.

Quod autem dicit Surd. vbi proximè citatus, negandum est libenter, non quando officio iudicis petuntur alimenta, ideo est, quoniam ipsa natura, iusque naturale hoc inducit praestari, puta, filio à patre, patri à filio & similibus, l. vel negare, ff. de ijs qui sunt sui vel alie. iur. l. ex hoc iure, de iure natur. gent. & ciuili. gl. in l. sed & si, §. consului, de peti. hereditatis. Claud. in d. l. ex hoc iure colu. 14. Cagnolus in l. cum amplius §. is natura. num. 1. & feqq. ff. de regul. iur. at quando iure actionis petuntur, solum ius ciuile operatur. quod multum interest, & illud adeò fortius, vt filius alimenta sibi debita à patre iure naturali non possit renuntiare. Secundum Barto. in l. 1. §. si vel parens ff. de lib. agnos. Ceuallos in contra commu. 1. tomo queft. 388. n. 28. ac ideo æqualitas inducitur à Surdo non procedit, vt vides, nec etiam ob aliud fundamentum, quo mouetur; nempe, quòd paupertas & inopia fit sufficiens, vt actori, habenti pro se fententiam, alimenta praestentur, lite pendente, quia falsum est, & improbabile, siquidem tria copulatiuè concurrere necesse est, scilicet, quòd sit filius, vel nepos, & quòd pauper, & quòd iam habeat pro se fententiam, ex l. si instituta §. de inofficio. ff. de inoff. testam. vt latè probauit noster Cou. in pract. c. 6. n. 6. Ludo. Molin. de primoge. Hispano. lib. c. 19. n. 30. Lara in d. l. si quis à liberio §. si vel parens n. 42. Aluarus Valafcus consult. 1. n. 9. vers. nec existi-

mo,

mo, insinuantes iis tribus, vel aliquo illorum deficientibus, sumptus actori non deberi, & sic fequitur, vt paupertas hæc, non opereatur speciale sola ipsa & deperfe.

16 Deinde facit pro hac parte, & contra Surdum. nam quando alimenta petuntur iure actionis, vt ex contractu, &c. causa alimentorum non est fummaria, vt probant Bart. in l. de alimen. num. 2. C. de trans. idem approbat Bal. in l. nonnumquam lectu. 2. ff. de iudicij. Decius in d. l. de alimentis. num. 12. & ibi Curtius iunior num. 8. Decius in l. si certis annis. num. 7. C. de pactis. Maran. de ord. iudi. 4. p. d. 9. num. 52. Didacus Perez in rub. tit. 1. lib. 3. ordinam. Lara in d. §. si vel parens num. 24. & post Alex. & Barto. idem latè tenet Marquess. tract. de commissio. p. 1. cap. 18. num. 5. 6. & 7. fol. 201. Surdus de alimen. priuile. 2. tit. ibi num. 16. Gratian. discepta. foren. tomo 1. cap. 33. n. 2. & 23. vbi intelligit in inope, rationem reddentes, quia in hac specie cessat causa, cuius fauore introducta sunt priuilegia alimentorum, quia ille, qui sibi quaerit alimenta, tuebitur parta, cum praesumatur vir prudens, maturi, grauisque cõsilij. Probat etiam

17 Flores De Mena in pract. queft. d. queft. 14. num. 11. & supra. vt hoc casu agatur iure ordinario, & appelletur, & iure actionis etiam agitur in legato pro alimentis, vt post alios Gratia. discepta. foren. cap. 104. à num. 57. Martescot. variat. resolutio. lib. 2. c. 83. à n. 1.

18 Prædicta tamen conclusio, qua diximus, à fententia super alimentis lata non esse licitam appellationem suspensiuam: fallit, & non procedit, quando fententia est lata contra eum qui petit alimenta, quia is à negatiua fententia potest quoad vtrumque effectum appellare, Angel in l. si. sub num. 1. ff. de appella. recipi. quem referunt, & sequuntur Caesar Contard. in l. unica limi. 17. num. 19. C. si de momen. poss. Ruginell. in tract. de appella. §. 2. c. 1. num. 68. Escacia tract. de appella. q. 17. limi. 7. num. 19. Petrus Surd. tract. de alimen. tit. 8. priuileg. 60. num. 24. in fi. & num. 23. & feqq. & signatur num. 33. in fi. Marquessa. tract. de commissio. 1. p. cap. 18. num. 17. fol. 210. Generaliter verum est, quòd à fententia negatiua lata contra agentem aliqua priuilegiata via, & sui natura inappellabili, admittatur appellatio quoad vtrumque effectum, de quo latè infra cap. 4. hæc 3. p.

20 Hinc vt vides, pederentiam labimur in nostram propofitam quaestionem, an à fententia lata virtute contractus, quo aliméta promittuntur, & cui aliàs pro alimentis confectendis ius naturale, & officium iudicis est paratum; fit appellationi interpositæ deferendum, & facit difficultatem resolutio proximè præcedentis declarationis, vt quando

ex cõtractu agatur, appellatio fit licita quoad vtrumque, quando officio iudicis, secus.

Et pars affirmatiua, vt in nostro casu fit deferendum, probatur, primò, nam licet actio iudicati exequutionem habeat paratã, stipulatio tamen, per quam ipsa nouatur, eius priuilegio non gaudet, l. minor 14. ff. de minoribus. Arifmin. Tepar. lib. 1. tit. de re iudicata fol. 316. colu. 2. circa fin. nec ipsa fententia illud conferuat, nec retinet, text. est in l. si se non obtulit 4. §. si ex conuentione ff. de re iudicat. Si quidem etiam contractus gestus in vltima voluntate amittit suam naturam, & assumit naturam vltimæ voluntatis, l. 1. §. si quis sub conditione ff. vt legato. no. cauea. Iff. in l. nemo potest à num. 2. 1. ff. de leg. 1. Ergo idem in nostro casu est dicendum, vt priuilegium exequutionis, quod habebat fententia lata in fauorem patris, vel filij, per stipulationem amittatur subsequatam. Et comprobatur, quoniam licet à mero possessorio non appellatur, tamen in possessorio intentato, vigore contractus & obligationis appellatio admittitur quoad vtramque. ita latè dixi hæc 3. p. cap. 12. à num. 99. cum multis feqq.

Secundò & pro hac parte facit, quoniam prouisio hominis facit cessare priuilegium à iure sibi concessum, l. penult. ff. quibus mod. pig. vel hypoth. solui. vbi tacita hypotheca alicui à iure competens amittitur per exprefsam ab eo stipulatã, ex quo text. illam communiter eliciunt DD. nostri conclusionem, quòd prouisio hominis nouando prouisionem legis, tunc prouisio legis, etiam si fit de iure communi, tollitur per prouisionem hominis. ita tenent Cynus, & Salicet. in l. 2. C. de iure emphyteu. & habetur in l. 4. §. si ex conuentione ff. de re iudi. vlicet post Petrum in l. fin. C. de pactis conuen. in d. l. 2. num. 76. Negusan. de pigno. 4. memb. 2. p. c. 93. & sursum. ergo idem est dicendum, vt cesset priuilegium exequutionis, tacitè à iure filio concessio per initium alimentorum contractum.

Tertiò facit, quia quando in aliquo negotio propter aliquam causam est prohibita appellatio, si ei accedat aliud, quòd illam prohibitionem non patitur, hoc præualet, & vt potentius facit cessare prohibitionem, ita vt appellatio admitti debeat, probat elegans text. in §. super quaestionum §. nos autem. de off. delega. ergo ius actionis permittens appellationem cum accedat officio iudicis prohibenti illam, attendendus est.

Sed his non obstantibus etiam pro contraria parte, imò à fententia lata pro alimentis virtute contractus pariter appellationi non esse deferendum; facit fortiter. primò, nam vbi reperiuntur duæ regulæ, vna affirmans, alia verò negans, hæc potius (illa neglecta)

- glecta) sequendam & attendendam esse, probat text. in *l. iuror quog. 3. in ord. §. liberti. vers. sed si patronum suum. ff. de suspectis tuto. unct. a. l. 1. §. consequens. eodem tit. tradit per hæc iura Anto. Dinus, & Bart. ibi in prima lectura. sequitur Alex. in *l. si conueris colu. 1. ff. de re iudica. &* ubi concurrunt duo privilegia, aliud prohibitorium, aliud permissivum, illud potius prævalere, & sequendum esse, *l. si Ruffinus vir clarissimus. &* ibi Bal. in prin. Raphaël Fulgo. Alexan. Fran. Areti. & Ist. C. de testi. militis. sed circa alimenta hæc concurrunt actio, & officium iudicis, & sic dux causa, alia permittens appellationem, alia prohibens, ergo causa prohibitionis est sequenda necessario.*
- 27 Secundo pro hac parte facit dispositio text. in *l. qui id quod. ff. de donatio. ubi* donatione in stipulationem deducta, & virtute stipulationis cōdemnatus donator non amittit privilegium, ne conveniatur in quantum facere potest, quod donationis virtute sibi competebar. reddens rationem text. *ibi*, causam enim & originem constituta pecunia, non iudicij potestatem prævalere, placuit, &c.) & sic potestas stipulationis, seu actionis constituit, quod id significant illa verba (non iudicij potestatem) vt declarat ibi glossa, non est apta impediendi privilegium antea competens.
- 28 Tertio probatur, quando vna actio deuoluitur in aliam, intelligitur deuoluta secundum suam naturam primæ, text. est in *litem veniunt §. cum prædiximus. ff. de petitione heredit. ubi* gl. & Doctores hoc notant, quemadmodum quando vna actio in alterius locum succedit, eius naturam assumit. *l. 1. §. si quis sub conditione. ibi*, & huic stipulationis eadem causas, & condiciones inesse, sciendum est, &c.) *ff. vt legator. seu fid. nomine caueatur. l. si quis stipulatus. ff. de usuris. l. si id quod. ff. de constitu. pecunia. l. si cum §. 2. ff. si quis casuioni. ergo* ista actio ad alimenta, quæ succedit in locum officij iudicis, eius naturam assumere, & retinere debet.
- 29 Quarto & huic proximè est, quod quando in vnamet persona concurrunt qualitates naturalis, & accidentalis, quæ insimul stare nequeunt; præualeat naturalis, *l. qui habet. ff. de tutel. si* quidem & attenditur potius causa primordialis, & originalis. Craueta *cons. 144. num. 2. &* principium est sine potentius, & causa incipiens potentior est perficiente *l. 1. ff. de orig. iur. l. Pomponius ff. de negotijs gest. l. si filius ff. de verborum obligatio. &* omnis processio fit à principiis Aristo. *lib. 1. de celo. Angel. conf. 110. num. 6. post medium. Craueta conf. 883. num. 13. &* finis regulatur à suo principio, & ad illud trahitur, *l. 3. §. scio*

ubi Bald. *ff. de minori. Angel. in l. si possessor §. scio*, ubi Bald. *ff. de petitione heredit. sed* in filio, vel patre alimenta contrahente concurrunt officium iudicis inductum ab ipsa natura, & contractus, qui est accidens, ergo illud præualeat.

Quinto facit, nam si stipulatio, quæ est stricti iuris, & strictæ interpretationis, interponatur super contractu bonæ fidei, huius naturam, & effectum retinet quia qualitas primæ obligationis censetur adiecta in stipulationem. *l. aliam ff. de donatio. l. 2. vers. qua ff. de privilegijs credit. Bart. in l. si quis cum aliter num. 4. vbi Alex. num. 3. &* Ist. *12. ff. de verbor. vbi* Areti. & alij plures citati à Pinello in repetit. *l. 2. C. de rescind. 1. p. cap. 3. num. 11. &* seqq. Ceual. in *contra commu. opinio. 1. tomo quest. 510. ante si*, dicentes quod remedium *l. 2. C. de rescindend. vendi. quod non datur in contractibus stricti iuris; locum* habet in stipulationibus interpositis super contractibus bonæ fidei. & hinc est, quod si depositum subrogatur loco alterius contractus, licet opponere omnes exceptiones, quæ poterant primo contractui opponi, *Contrarius tract. de deposito 1. p. iii. de causis. num. 42. cum pluribus sequentibus. Marta de iurisdict. 4. p. cent. 2. casu 104. Ergo privilegium non admittendæ appellationis in hærens officio iudicis, & aequitati, naturali filio præstante alimenta, debet durare, & repeti in contractu eademmet promittente, qui eo sui natura caret. Longum potuissent in re hac facere progressum, sed hæc sufficiant.*

Quid dicendum in tam difficili, & intricata questione? cam frædere distinctionis intendendo componere. aut enim contractus, quo alimenta promittuntur filio, puta; celebratus est animo nouandi priorem obligationem inductam ab æquitate, & ratione naturali (prout hodie requiritur vt expressè fiat nouatio iuxta *l. si. C. de nouatio.*) & tunc cum officium iudicis penitus euanescat, remanet sublatum, cum prouiso hominis faciat tunc cessare prouisionem legis, quando fit ad eam nouandam, nõ aliter, vt expressè ita declarat Negusan. in *d. q. memb. 2. p. n. 93. &* omnes alij Doctores quos ad secundum argumentum prioris partis n. 23. supra adduximus, remanentque dumtaxat ius actionis ex contractu, quia per translationem vnius actionis in aliam prior extinguitur, vt per Doctores in *l. singularia ff. si certum petat. &* in *l. certi conditio. in §. de posuit. eodem titulo, extincto* autem primo contractu, extinguuntur omnia eius privilegia, & accessoria de regul. iur. in 6. Salicet in *auth. ad hæc num. 13. C. de usuris*, ac ideo ex eo agendo ad alimenta, sententia super ipso lata patitur suspensionem per appellationem

tionem subsecutam, vt superius diximus in vltima declaratione, n. 13. Et magis etiam in specie facit dispositio text. in *d. l. si non obtulit. §. si ex conuentione. ff. de re iudicat. ibi*, si modò nouatio intercessit, &c.) & ceteræ doctrinæ additæ in primo fundamento eiusdem prioris partis, vt loquantur, quando nouatio intercessit, & ideo hoc casu appellationi tanquam licitæ non deferens, vim faciet.

38 Si autem hic contractus fiat non nouandi causa, sed vt accedat priori obligationi, à natura inductæ, ad corroborationem, & additamentum eius, & multiplicetur cautio ac securitas; tunc cum iudicis officium ad alimenta integraliter, & in suo esse remaneat, retineatque suam propriam naturam, quæ præualeat, & attenditur tanquam causa originalis, primordialis, & qualitas naturalis. Et quia qualitas prioris obligationis, censetur adiecta in stipulationem subsecutam, quæ probant text. in *d. l. qui id quod. ff. de donatio. l. aliam ff. de donat. l. 2. vers. quare. ff. de privilegijs creditio. &* alia iura, & Doctores omnes adducti in 2. 3. 4. & vltimo fundamento, quæ pro secunda partis comprobatione quaestio nis adduximus, & secundum Doctores in secundo fundameto prioris adductos, n. 23. & magis ad nostrum casum probant, *d. §. si ex conuentione. verba ibi*, ceterum si non nouandi causa id factum est, manebit ordo executionis, sed & si pignora accepta sint, vel fideiussores in rem iudicantur, consequens erit dicere, non cessare executionem, quippe dum accesserit aliquid rei iudicatæ, non est à re iudicatæ recessum, &c.) expendo in super text. celebrem in *l. 2. vers. quare ff. de privilegijs creditorum. ibi*, quare si in stipulatum funeri impensa deducta sit, dicendum est, locum esse privilegio, si modò quis non abiiciens privilegij causa stipulatus est, &c.) Et faciunt, quæ in primo distinctionis membro dixi, sequitur euidenter, vt appellationi emissa à sententia super tali contractu lata, esse nullatenus deferendum, absque metu violentiæ, quia tunc officium iudicis principaliter attenditur, iuxta quæ probati in vltima declaratione ad regulam supra appositam, ubi appellationem non suspendere, asseueratum est.

Vnum tamen essenziale in hoc secundo distinctionis membro libenter aduertã. nam cum vt semper attendimus, quod principaliter agitur, & res semper denominetur à potentiori, atque in hac obligationis mixtura potentior illa fit quæ ex iudicis officio prouenit secundum supradictas doctrinas: actor debet in iudicij deducere, & probare qualitates, quæ in hoc officio iudicis desiderantur, vt puta; filium esse, &c. & inopem, quia

cum iudicis officium non detur, nisi quibus lex præstare iubet, inopibus tamen non diuitibus, ex specialibus rationibus inducta ab æquitate, & naturali ratione, *l. si quis à liberis. §. 1. ff. de liberis agnoscen. Bald. in l. liberius quos §. 1. ff. de alimen. &* ciba. legat. Doctores in *l. de alimen. per illum text. C. de transact. Petrus Surd. de alimen. tit. 1. q. 108. n. 4. &* eodem tit. q. 112. num. 13. & seqq. & propterea diximus, quod quando ad alimenta agitur iudicis officio, proceditur summarie, nec admittatur appellatio suspensiuæ. quoniam paupertas, & fames dilationem non patiuntur, ad differentiam quando agitur sine iudicis officio, quia tunc siue pauperibus, siue diuitibus debentur alimenta. idem est veluti si alia res promitteretur, ac ita cum officium iudicis sit fortis qualitas excludens appellationem in hac mixtura, ideo omnia quæ eius naturæ conueniant, agens deducere, & verificare tenetur, vt queat obtinere in privilegio non admittendæ appellationis. tunc verò officium iudicis concurrens cum actione, quando per id verius consultitur agenti, & per id aliquid additur actioni, *l. in cause. la. 2. &* ibi communiter Doctores *ff. de minoribus.*

Cum eo etiam casu, quando agitur ad alimenta ex vtraque obligatione commixta, vna admittens appellationem, alia (hoc est officium iudicis) excludens, hæc illi præponderat, & detrahit ex illa resolutione, non minus probabili, quam vera, de qua supra in 2. p. c. 7. à n. 44. & per totum. Quod quando duæ qualitates aduersæ, alia prohibens appellationem, alia desiderans, concurrunt circa vnum, & idem indiuiduum, qualitas negatiua præferatur, & vincat, ex his, quæ exactissimè in comprobationem congesimus. Vbi sic intelligendum esse celebrem text. in *d. cap. super question. §. nos autem, de off. deleg. quem* adduximus pro tertio fundameto prioris partis huius quaestio nis. Et in super etiam facit quod in *d. c. 7. à n. 101. cum* seqq. affirmati, vt ex dictis qualitatibus contrariis, si vna est accessoria ad aliam, eius naturam sequatur. & sic cum ista promissio alimentorum (non animo nouandi) à lege inductæ obligationi accedat, & accessoria sit, eius naturam assumere, & sequi tenetur, quando simul concurrant, pro quo applica mirabiles doctrinas, fundamenta, & Doctores, quos adduximus in *d. c. 7. à n. 101. &* sic habes absolutam quaestionem difficilem, quam nota, quia alibi non inuenies.

Et ex huius principalis quaestio nis resolutione, qua diximus; in alimentis non dari appellationem suspensiuam; extendit, vt multo fortius procedat in interlocutoria, quia quando prohibetur appellatio à causa principali,

capali, quoad suspensiuum tantum, pariter censetur prohibita ab interlocutoria, sicut à diffinitiva, quia eadem ratio degit & militat in vtraque, ita in terminis alimentorum tenet Escacia de appella. q. 17. limi. 7. sub n. 13. vers. infero. 3. fol. 422. sed quia de hoc articulo late egimus generaliter supra 2. p. c. 6. per totum, hic omitto.

47 Et complemento huius capituli obiter aduerto; quòd licet aliqui valere affirmant argumentum ab alimentis ad dotem, & propterea vt nec sit in causa dotis appellatio licita quoad suspensiuum, communiter fit à Doctoribus receptum, Ozafcus decis. Pedem. 2. 5. num. 20. Menoch de adipiscen. poss. rem. 4. num. 829. Aria. in l. 5. 1. Tauri à num. 32. fol. 2. 4. Ioan. Lupus in cap. per vestras. §. 4. vers. aduerte Gratianum regul. 33. num. 3. Escacia de appella. quest. 17. limi. 7. num. 9. & late profequitur in limi. 8. à num. 3. cum seq. & num. 8. fol. 423. vbi late tractat an super causa pia admittatur appellatio, vt est videre per Bal. nouel. in tract. de dote p. 9. in 7. speciali. Petrum

48 Surd. de alim. tit. 8. quest. 60. num. 6. & 7. & sursum (ego tamen nunquam vidi praticari,) quem num. 34. & 35. vide, an pendente appellatione, sint alimenta ministranda, & quid sit dicendum quando agitur ad reformationem alimentorum, an tunc appellationi emissæ deferendum sit, dicemus infra hac parte cap. sequente.

50 Vnum tamen non dissimulabo, quod dicit Auenda in dictionario legum Regni post responsa fol. 189. verbo gouerno vers. 5. procedit, scilicet, quòd illa regula superius à nobis tradita, quòd à sententia præstari iubente alimenta, non liceat appellari, limitetur respectu taxationis eorum alimentorum, quæ si nimis taxentur, habeat locum appellatio, nulla pro sua opinione adducta lege aut ratione, sed solum Speculatorem tit. de appellatio §. in quibus. vers. 8. n. 11. qui quidem aperte id non dixit, sed illud dumtaxat ait, quod si diceretur modum excessisse, iterum præstarentur alimenta, sed non aperit ante executionem sententiæ, vel post, & sic secundum iuris regulas est intelligendus. maxime quia allegat ad id l. si instituta §. de inofficioso. ff. de inofficioso test. & l. si neget ff. de liberis agnosc. quorum quidem iurium casus appellationem suspensiuum non admittunt, sicuti de d. §. de inofficioso superius diximus. at de dicta l. si neget, ipsius verba indicant, ibi, alimètra quidem liberis præstare interim compellendum, &c. nihil autem ad casum probant, atramen in casibus de quibus loquuntur, appellationem negant, & sic Doctor debet intelligi secundum leges quas allegat. Desuper & contra Auenda. facit, quòd

quando aliqua sententia meretur executionem à grauamine ex excessiua fructuum, vel interesse liquidatione, & taxatione, appellationi executionem non suspendit, nec ei esse deferendum tenent Bar. in l. 2. c. de sententijs que sine cer. num. 5. sequitur Roderic. Xuares in l. post rem. in declaratione Il. regni. limi. 4. num. 5. & Additiona. valde plures pro hac sententia allegat n. 1. & 4. Soci. conf. 30. n. 6. Octauia. Ozaf. decis. Pedem. 129. num. 10. Cou. lib. 2. vbi. cap. 11. num. 1. Ioan. Garcia de expens. c. fi. num. si. in nouiori impressio. Ayora de part. 1. p. cap. 4. num. si. Vt illis in add. ad Afflic. decis. 35. num. 2. & 175. n. 1. Aimon. conf. 23. n. 5. & 14. alios allegat Parlad. lib. 2. rerum quoti. c. si. 1. p. c. 12. n. 32. plurimos Escobar de ratio. c. 33. à n. 20. vide quæ nos latissime infra 4. p. cap. 10. à prin. & est receptissima omnium tribunalium supremorum sententia, quæ licet habeat contraditores, & quando liquidatio & taxatio fit per sententiam de cuius executione tractatur (vt nos suo loco videbimus) illud apud omnes concors est: quòd quando taxatio fit in eadem sententia, nullatenus à taxatione excessiua appellatur, quemadmodum, nec ab ipsa principali parte sententiæ, vt apud eosdem Doctores est videre, prout accidit in sententia, de qua agimus, nam in ea semper fit alimentorum, & quantitatis taxata condemnatio, & tunc etiam concurrunt in sententia circa vnum & idem duæ contrariæ qualitates, quarum negatiuum appellationi præferendam diximus supra, & probauimus 2. p. cap. 7. maxime quia taxatio venit accessorie ad principalem condemnationem alimentorum, prout superius dixi.

Desuper quoniam exinde maximum sequeretur inconueniens, cum vnquam posset euitari periculum à lege consideratum in dilatione præstationis alimentorum, propter quod vitandum sententiæ executio acceleratur appellatione non obstante, quæ si à quantitate emissæ admittetur suspensiuum, numquam haberet locum huiusmodi sententiæ priuilegium, & permetteretur vna via, quòd alia prohibetur, contra text. in l. oratio ff. de sponsalib. & aperiretur via fraudibus. quis enim condènatu acquieuit quantumuis legitime taxationi? quis eam non impugnabit? & excessiuam iniustissimamque non dicit appellans dumtaxat suspendendæ executionis, & differendæ præstationis causa? si principale confidit lex de iudice, cur non de accessorio? cognoscat superior de vtroque grauamine, reponat, vel moderet, quod iniustum reperiat, euitetur calumniosa dilatio, non pereat interim actor inops, non fame ac tædio affectus litem deserat,

ferat, exequatur sententia, quia res, & venter dilationem non patitur, cum periculum fit in mora. Pro quo etiam facit, quod huius efficacis rationis calore iustissime disponit l. 54. tit. 5. lib. 2. nostra recopil. Regia, quod à taxatione ciborum, vel alimentorum, quæ in oppidis, & ciuitatibus venduntur, appellatio emissæ executionem non suspendat, præcipitque & aduertit auditoribus supremorum tribunalium, quòd si ad eos eatur per viam appellationis, vel aliam etiã quamlibet, minimè impediatur executionem inferioribus. nec faciant, vt supersedeant in ea, respectu multorum inconuenientium ex contrario resultantium. d. in l. 9. tit. 18. lib. 4. eiusdem recopilationis. disponitur etiam, quòd

55 quando ordinationis vigore & statuti populorum facti super vestibus & cibis, iudex aliquem mercatorem condemnauerit, vel aliquam personam delinquentem in mercancili officio in mille marapetinos & infra, exequatur, pœna in eius bonis & persona non obstante appellatione, sed post executionem factam ius suum prosequendi sit facultas.

Et in terminis nostræ quæstionis ita determinauit sacra Rota in decis. 764. per totam 1. p. dinerforum, & specialiter num. 2. in hac: Vnde si Iosephus tempore petita mercedis erat adeo pauper, vt res non reciperet dilationem: sequitur; vt à decreto facto super taxatione mercedis non potuerit appellari. Sicut enim à sententia in causa alimentorum debitorum officio iudicis propter paupertatem non potest appellari, quia res non recipit dilationem, l. si ff. de appella. recipi. ita etiam dicendum est de sententia lata in causa mercedis pauperis, vt non sit appellabilis, propter eandem rationem. Et hoc etiam in terminis tenet gl. in clem. 1. verbo, oneramus, de iure patr. quam alij sequuntur, de qua per nos cap. seq. à num. 9. latius. quarum quidem doctrinarum immemor fui, tempore, quo contra Auendanum resoluui, sed postea vidi, & sic tenendum est fortiter contra Auend. vt appellationi nec respectu condemnationis, nec respectu taxationis, & quantitatis alimentorum sit nullo modo deferendum, nec violentia dicitur à iudice commissæ, & vide etiam Doctores citatos ad hoc in d. c. 2. à num. 9. hac 3. p.

Efficax enim est, fortis, & potissima illa ratio, quam iura & Doctores à nobis superius allegati considerant, ad excludendam appellationem suspensiuam hæc alimentorum causa, vt scilicet; periculum sit in mora, atque quod dilationem non patitur, sed celerem expeditionem desiderat. sub cuius quidem præsidio, & protectione multi casus

speciales degunt, & à malitiosis tutantur. & propterea vim nec fieri, nec appellationi interpositæ à sententia (qua quis condemnatur super actione ad exhibendum) esse deferendum, quando habet condemnatus facultatem rei restituendæ, imò appellatione non obstante eam cogitur exhibere, cum tale iudicium non debeat moræ dilatione differri, §. ibidem ad exhibendum l. 2. ff. de scrijs affirmat Speculator in tit. de appella. §. in quibus. vers. sed nunquid in actione ad exhibendum. num. 12. quam doctrinam sequuntur etiam Barr. in l. creditor. §. in iussus. vbi Ioan. de Immola colu. si. vbi etiam per Angel. Gregor. Lopez in l. 20. tit. 2. p. 3. verbo si fuerit tenedor della, gl. 5. & idem Gregor. in l. 9. tit. 2. §. p. 3. gl. 6. profidentes, quod tunc cogetur rem præcisè exhibere, & si appellet non audietur.

Quod quidem limitatur, vt non procedat quando quis vltra rei exhibitionem ad aliquid aliud condemnaretur, puta: quia propter inobedientiam non exhibendi intra terminum condemnatur in interesse, iuxta d. §. in iussus. vel quia dolo desit possidere, ad id sit condemnatus, cum subiaceat periculo iuramenti in litem, quia est graue, iuxta text. in l. Celsus §. idem Iulianus. & l. Iulianus cum suis §. §. & 100. tit. ff. ad exhib. quia tunc appellationi nisi deferatur, vis fiat tanquam permissa, vt probat vendendus Speculator vbi proxime. Immola & Gregorius dictis locis. Maran. de ord. iudic. 6. p. tit. de appell. qui supradictam conclusionem esse intelligendam, dicit, & declarandam, prout declarat, & intelligit illam Speculator ad quem se remittit. Hanc nostram limitationem probat expressè text. in l. creditor §. in iussus ff. de appella. ibi, quia instrumenta per contumaciam non exhibuerat, cum petitor quanti sua interesset, exhiberi iurasset, facta erat condemnatio, quæ situm est, an post iusurandum appellationem interponere posset; respondit, nihil proponi, cur denegandum esset appellandi auxilium, &c. Vide tamen quæ nos supra p. 2. cap. 7. ad fi. late diximus à num. 132. cum pluribus sequentibus.

Quid autem sit dicendum, quando in eadem sententia, qua quis ad exhibendum condemnatus est, & si non faciat præstet actori interesse, late disputando resoluimus supra 2. p. cap. 7. ad fi. vbi videre per te poteris ad num. 132. cum multis sequentibus, quòd te remitto pro resolutione vera huius difficultatis, & præcedentis num. 58.

Et prætextu huius rationis legatum reliquum pro sepultura dilationem nõ admittit, & propterea nec appellationi emissæ à iudice deferendum esse, firmat Ripa in l. in prin. n. 17. ff. quorum legat. tradunt Speculat. in tit. de appella.

appella. §. 1. in quibus vers. 8. Mantua. in l. vltima in 2. lectu. n. 173. C. de edicto diui Adri. Grama. decis. 82. n. 2. Menoch. de adipiscend. poss. rem. 2. n. 61. vbi n. 62. ex Ripa Bal. & Angel. dicit, legata, que dilationem non admittunt, debent, etiam antequam hereditas adeatur, vt etiam ibi à n. 59. quòd quando in mora hoc imminet periculum, legatarium posse propria autoritate occupare legatum, nec teneri remedio, quorum legatorum, sicuti etiam non auditur creditor petens, vt detineatur cadaver debitoris, ne sepeliatur, nec eius appellacioni deferendum esse, probant ex alijs Baëca de inope debitorum c. 1. n. 20. latè diximus pluribus adductis Doctoribus supra 2. p. cap. 8. à num. 72. & seqq.

64 Et ex hac etiam ratione, nempe, quia causa studiorum dilationem nõ patitur, docuit Bal. in l. vltima num. 6. vers. 1. quid si vnus. C. si de mom. poss. appellacionem non recipi à sententia contra turbantem scholarem in habitatione, sequitur Menoch. loco proxime citato, n. 63. & ex hac etiam fluit, quòd à sententia lata contra fabrum malleantè apud domum scholaris, seu Doctoris studii impediens, appellacioni emissæ minimè esse deferendū.

65 H. in l. 1. in fi. sub n. 45. ff. soluto mari. Bal. in l. 1. ff. de ferijs Alex. in d. l. 1. ff. soluto mari. idem Alex. in l. 1. ff. de appell. recipi. Thomas Grama. in decis. 58. n. 15. vbi etiam tractat an admittatur appellatio generaliter à qualibet domus expulsiõis sententia.

67 Ex qua quidè ratione potest iudex à quo appellacione pèdente absque reatu attentati ad perpetuum rei memoriæ examinare testes fenes & valerudinarios, quoniam dilata examinatio periculum afferret, & ob periculum mortis probatio periret, nisi examinantur, tenet Maranta de ord. iud. 3. p. 6. p. prin. q. 2. n. 195. vers. 22. limita. Petrus Duenas regul. 42. n. 33. Afflic. in consuet. Neapoli. lib. 2. c. 32. incipit probationum in casibus colu. 2. in fi. Roland. à Valle cons. 23. num. 19. lib. 3. & facit Rota in decis. 3. aliàs 110. nota quod causa. de testibus, in antiquis, & explicat Lancelo. Robert. de attempta. 2. p. c. 12. limi. 28. quòd pertinet que dicitur Bar. & Salicet. in l. generaliter in fi. prin. C. de rebus credit. quod ideo iuramentum sub cuius forma, & præfatione fuit concepta, & lata sententia, præstari potest etiam pendente appellacione, ne felicit probatio pereat.

68 Hinc est, quòd iudex appellacione pèdente excommunicatum in articulo mortis cõstitutum valet absoluerè, vt norauit Franch. in c. qua fronte, in gl. verbo decedat colu. 5. ad medium sub n. 18. & ibi etiã ceteri Doctores de appell. quia potest decedere in ea, si expetatur superioris absolutio. Sequitur Lancelo. supra limi. 43. num. 2. cuius est etiam farina: quod

suprà 2. p. c. 5. latè diximus, appellacioni ab absolute excommunicationis emissæ nõ esse deferendum, quia periculū est in mora. Quò etiam pertinet, vt tempus vindictarum vel messium suspendatur appellacione interposita, quæ effectū suum saltem suspensiuum non habet, cum ex eo resultet periculum in dilacione, iuxta text. in l. solet ff. de ferijs c. si. eodem tit. & in expresse hanc conclusionē probat l. 6. tit. 18. lib. 4. recopi. Auenda. de exequend. manda. 1. p. c. 6. n. 4. post princ.

Et alia etiam exempla ad hanc doctrinam ponit d. l. 6. & Lancelo. vbi proximis locis l. nulla etiam l. si. ff. de appella. recipi. & sic generaliter in omnibus casibus in quibus periculū est in mora, appellatio non suspendit, vltra Doctores hucusq; relatos in discursu huius capituli, probat Franch. in c. qua fronte n. 18. de appella. Thom. Grama. decis. 58. magnifica n. 6. P. & alios in d. l. si. Lancelo. de attempta. 2. p. c. 12. limi. 53. vide infra Menoch. de restit. poss. rem. 3. n. 834. H. in l. 1. colu. 1. ff. de ferijs. Maran. in specul. 6. p. tit. de appell. n. 319. & per l. quisquis C. quorum appella. non recipi. Gratia. discipatio foren. tomo 1. c. 74. quia quando periculum est in mora, recedimus à iuris ordinariis regulis, vt latè scribunt Decius in c. dilecta ad fin. vers. & hoc vnus de cons. vtili. Hippol. de Marf. in l. 1. c. de reprobatio. colu. 40. Mandof. super gl. 4. quod commissio causarum q. 3. n. 2. & seqq. Menoch. de adipisc. rem. 2. n. 59. & probat l. de pupillo. §. si quis rinos ff. de operis noni nuntia. ait prætor §. si debitorem ff. que in fraudem creditorum. Felin. in c. 2. de prescriptio. Gratia. discipatio foren. tomo 1. c. 74. n. 18. ad si. fol. 175.

Et an crescente vel decrecente patrimonio alimentati, vel alimentantis crescant, & decrescant alimenta etiam post sententiam iudicis, & eius taxationem, & an ad executionem possit opponi isthac exceptio, latè diximus infra 4. p. c. 7. vers. ex quo fonte fluit quòd licet pater. n. 88 & Doctores ibi citati loquuntur quomodoque alimenta præstentur, siue officio iudicis, siue iure actionis, quos omnino vide, quia eleganter loquuntur, ibidem ad n. 88. cum multis sequentibus.

Periculum etenim in mora caret lege, legem non admittit, atque legem tribuit, licitum facit, quod non est. ac iudicem incompetentem, legitimum, multoties alterat non solum præcepta humana, sed etiam diuina, atque naturalia, c. sicut de consecrat. d. 1. c. licet de ferijs. c. discipulos de consecrat. distinc. 5. c. anni rumore. & c. si nulla necessitas 23. q. 8. c. secund. de obseruatione iur. c. quanto de consuetudine. c. quod non est licitum de regul. iur. in 6. l. nemine. C. de religio. & sumptib. funer. l. 2. C. de patri. qui filios dextraxit. l. vltima. & ibi glossa expedire, ff. de officio consul. cum multis que congescit Tiraquell.

Tiraquell de retractu §. 1. glossa 9. n. 32. & latius §. 26. glossa 1. n. 18. & sequen. & iterum in tractatu de penis temper. causa 33. per totam. Chassaneus in consuetu. diui. Burgund. rubri. 1. §. 4. glossa 1. n. 26. & §. 5. verbo, se il ne agrace. n. 15. & seqq. Cacheria. decis. Pedem. 68. n. 28. alios refert Quiesada, diuersa. que est. c. 4. num. 3. Petr. Gregor. in syntagma. iur. 1. p. lib. 3. c. 8. n. 4. latè Camillus Gabinius de verb. signif. lib. 10. ex n. 2. 1. Bobadilla in politica lib. 2. c. 18. n. 318.

73 Et quòd imminens periculum, & instans necessitas, cum non recipiat dilacionem, attribuit iurisdictione etiã non habenti, cum tunc à iuris regulis recedatur, probat text. in Auth. de defen. civi. §. audien. l. 2. tit. 9. p. 5. Abb. in c. cum non ab homine n. 15. cum seqq. & supra de iudicis. & in c. constitutus n. 9. de appellat. Alexand. & Imola in l. 2. ff. de iuris. om. n. indic. & cons. 62. discretissime Doctores volumi. 4. Suarez in declar. l. 2. fori n. 47. & seqq. post repetitio. l. post rem ff. de re iud. Bernard. Diaz in regula 496. Gregor. Lopez in d. l. parti. glossa. Cacheria. in decis. Pedemont. 30. n. 14. Tallada de carcere c. 11. §. 2. num. 2. Castellus à Bobadilla in politica lib. 2. c. 21. n. 71. & c. 17. à n. 109. cum seqq. & iterum eodem lib. 2. cap. 18. num. 318.

CAPVT II.

A sententia reformante alimenta, seu pensionem, & assignante cõgruam beneficiato, vel coadiutori dato illiterato, seu imperito Rectori, ceconomo, vacanti Ecclesiæ nominato; seu etiam lata pro solutione decimarum, mercede famulorum, appellacioni emissæ an non deferens vim faciat.

SVMMARIVM.

Congrua noua ab assignatione facta per ordinarium Rectori beneficii appellacioni emissæ non est deferendum, quia caret suspensiuo n. 1. Concilij Trid. sess. 7. de reformat. c. 5. verba adducuntur. ibidem. Concilij Trident. locus sess. 7. c. 7. refertur. ibidem. Concilij Trident. locus refertur sess. 6. de reformat. c. 2. & sess. 2. c. 4. & eadem sess. 2. de reformat. c. 2. 5. quibus est cautum, in qualibet congrua portionis assignatione ordinarium posse appellacione postposita exequi. ibidem. Congrua in assignatione Episcopus procedit secundum conscientiam, & velo leuato, semotis omnibus exceptionibus, & per consequens semota appellacione. n. 2. In congrua assignatione tractatur de alimentis præstandis iudicis officio. n. 3.

Salgado de protect. Reg. Tom. II.

A congrua assignatione, sicut ab alimentorum præfatione nõ admittitur suspensiu appellacio. n. 4. Conscientia quando à iure iudici est onerata, appellatio regulariter non suspendit. n. 5. Congrua assignata etiã clerico suspensio à beneficio, non suspenditur per appellacionem subsecutã. n. 6. Congrua præstari iubetur per sententiam provisionalem, & ideo non suspenditur. n. 7. Subsidium charitativum impositum pro sustentatione pariter non suspenditur per appellacionem. n. 8.

Ab excessiu congrua assignatione appellacioni interiecta deferendum non est. n. 9.

Ab excessiu fructuum taxatione & liquidatione facta in executis, an & quando sit licita appellatio. n. 10. remissiuè.

Alimentario seu portionario exigenti annuatim alimenta, aut portionem ab antiquo legitime constitutã, si mota lis super reformatione, quia puta, vel aucta est res super qua portio est constituta, vel alia bona quesuit alimentarius. n. 11. quibus casibus potest agi ad reformationem portionis & alimentorum. n. 12. remissiuè. A sententia super reformatione portionis, seu alimentorum siue contra actorem, siue contra alimentarium lata, licita est appellatio quoad utrumque effectum. n. 13.

Alimentorum reformatio idem in effectu est, ac si sententia lata fuerit contra alimenta petentem, cui ab hac negatiua permittitur appellare quoad utrumque effectum. n. 14.

In fauorem congrue aut alimentorum assignatione, inductum est privilegium, & ratio prohibendi appellacionem suspensiuam. ibidem.

In fauorem alimentarij quod est introductum, non debet in eius damnum retorqueri. n. 15. Ratio prohibendi appellacionem cum cesset, debet cessare ipsa prouiso. ibidem.

Appellacionis prohibitio in alcui inducta fauorem debet intelligi, si in fauorem eius lata sit sententia, secus si contra. n. 16.

Appellatio quamuis sit prohibita in remedio l. si. C. de edict. diui Adri tamen permittitur quando sententia fertur contra actorem. n. 17.

Sententia contra alimentarium lata si exequeretur, foret dare privilegium, cui ius negat. ibid.

Appellatio permittitur quoad utrumque effectum à sententia, qua declaratur non esse reformatandam, nec minuendam portionem, seu alimentaria iam antea constituta. n. 18.

Appellatio permittitur à sententia denegante congrua seu alimentorum reformationem, si alimentarius est in quasi possessione percipiendi, illi non officit, quia lite & appellacione pendente priuari non debet sua possessione. ibidem. Continuans suam possessionem lite & appellacione pendente non attendat. n. 19.

Pensionario existente in quasi possessione exigendi pensionem lata sententia super reformatione pensionis,